

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Simon

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**

Iesus, Petrus.

**S**ubduc in altum oriam Petre, ut retia laxetis ad prædam. P. Præceptor, totam noctem laborantes nihil cepimus: sed tamen postquam ita iubes, demergam rete. O rem miram. Adeste socij, adiuuate nos. Rumpitur rete, ita multis piscibus est plenum. Corripe tu istas plagas altrinsecus, uos uos inuergite in nauiculam. Desinite, desinite, sustinete rete: iam hæc plena est, infundamus in alteram. O rem inauditam. penè submerguntur cymbæ, præ piscium multitudine. *Quæso te Domine, a abi à me: nam homo nocens sum. 1. Ne metue: deinceps iam homines piscaberis.*

hoc est: e-  
nocens in  
us sum  
quo tu  
ocês & di  
s uerse-  
re.

## SENTENTIA.

Absq; Christo piscari, hoc est homines docere, operam ludere est. Christo auspice felix est piscatura.

## SIMON. LUC. 7.

## ARGUMENTVM.

Iesus miranti cum animo suo Simoni, apud quem ipse cibum capiebat, cur se pateretur ab impudica muliere atrectari, causam reddit.

Simon, Iesus.

**I**amdudum specto mulierem istam, quæ meum hunc hospitem tam molliter curat. Qui si uates esset, intelligeret utiq; quæ & qualis sit mulier, quæ ipsam

ipsum atrectari  
mon. paucis  
Duos debiio  
aliter quinge  
rios. It cum r  
Dic, uter eun  
plus condon  
mulierem: cu  
quidem ad la  
nis eos persu  
bi osculum no  
non desitit m  
caput unxi: si  
de causa sic ha  
am multum ar  
nos amat. Rem  
dicia seruauit

A' hinc  
coniectura  
beneficio m

IAIR

Iesus à I  
natum. & i  
uio sanguin  
ubi Iairi de

ipsum attrectat. nam prostituta pudicitia est. I. Simon, paucis te uolo. s. Dicas licet magister. I. Duos debiores habebat quidam creditor, quorum alter quingentos, alter quinquaginta debebat denarios. si cum non essent soluendo, utriq; condonauit. Dic, uter eum plus amare debeat? s. Opinor, cui plus condonauit. I. <sup>a</sup> Rectè iudicas. Vides hanc mulierem? cum introiuissem domum tuam, ne aquam quidem ad lauandos pedes meos dedisti: ea & lachrymis eos perfudit, et sui capitis capillo exterfit. Tu mihi osculum non dedisti: ea, postquam sum ingressus, non desistit mihi pedes deosculari. Tu nec oleo mihi caput unxisti: ea unguento mihi pedes peruxit. Quae de causa sic habeto, ei multa remitti peccata, quoniam multum amauit. Cui autem minus remittitur, minus amat. Remittuntur tibi peccata mulier: tua te fiducia seruauit: abi cum bona pace.

a A' simili  
iudicandè  
de simili

## SENTENTIA.

A' sinistris suspicionibus abstinendum. Ex coniectura iudicare, temerarium est. Magno beneficio magnus amor conciliatur.

IAIRVS. Marc. 5. Luc. 8.

## ARGVMENTVM.

Iesus à Iairo exoratus, eius filiam ita factam. & inter eundem, mulierem profluoio sanguinis laborantem sanat. Deinde ubi Iairi domum uenit, eius filiam quæ in-